Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1461

Quelle:
Copyright:

VIII. *fol.* 11. p. 2. *Reſponſio ad argucias Monachales.* Inſit: *Quidam doctor vtinam veritatis nititur impugnare* &c. *Cod.* CCCXL. inſcribitur: *Reſponſio ad XLIV. Queſtiones.*

IX. *fol.* 24. *De quatuor interpretationibus.* Inſit: *Quod clerus regni anglie ſecundum ordinacionem* &c. ut alibi.

X. *fol. eod.* p. 2. *De Amore.* Inſit: *Quidam fidelis in domino querit caritative* &c. *Cod.* CCCLXXXIV. in titulo addit: *ſive de quintuplici queſtione.*

XI. *fol.* 25. *De fundacione ſectarum.* Inſit: *Motus ſum per quosdam virtutis amicos* &c. ut alibi.

XII. *fol.* 37. *De perfectione ſtatuum.* Ita in calce. Inſit: *Cum viantes et fratres ſpecialiter contendunt* &c. ut *Cod.* CCCCIV. ubi inſcribitur: *De minoribus fratribus ſe extollentibus.*

XIII. *fol.* 43. *De Fide catholica.* Ita in calce. Inſit: *Suppoſitis dictis de fide tam in ſymbolo* &c. *Cod.* mox *cit.* inſcriptum *de Eccleſia.*

XIV. *fol.* 53. *de Symonia.* Inſit: *Poſt generalem ſermonem de hereſi reſtat* &c. Praeeunt Argumenta Capitum ut alibi.

XV. *fol.* 77. *de Euchariſtia.* Prooemium inſit: *Sententia tractatus de Eukariſtia in compendio ſic habetur* &c. ut *Cod.* CCCLXXXIV. Sequitur Diſſertatio in illud: *Mulierem fortem* &c. ut *Cod.* CCCLXXXVIII. et tum demum Index in Tractatum *de Euchariſtia.* Toto Codice *Wi-*

cleſi nomen non comparet; ita vel cauti, vel ignorantes erant Librarii bohemi.

Ad compingendum adhibita eſt Membrana, in qua *Barnim dux Stetynenſis prepoſitus eccleſie ſancti petri in Melnico Pragen. dioc.* procuratorem conſtituit in Curia Romana *Vlricum Rudigerum de Sultzpach Ratisbonenſ. et S. Petri in Melnico Eccleſiar. Canonicum* ad litem, quam habet cum *nobilibus Viris Wilhelmo de Hazmburg reſidente in libycchowicz, Sbyncone filio ipſius occupatore dicte prepoſiture Melnicen. Nicolao de Budyna, Stiborio de Genijſſowicz et Marſſone dicto Hoſpozin clientibus et Wenceslao dicto Silberz de Kladrubecz, et Wenceslao de Mlczccwoſt judicibus,* anno 1390. Indict. 13. die 21. Jun. Pontificatus *Bonifacii* IX. anno primo. *In caſtro contiguo ciuitati Grecen. Greczregine dicto.* Teſtes *nobiles et ſtrenui milites Hanco de Czeczelicz, et Petrus Herink de Tanczenberg,* et *Nicolaus dictus Karras* Can. Melnic. Notarius *Crux natus quondam Benedicti de Miliczin clericus Pragen. dioc.*

CCCLXXXVII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 153. 4. probe ſcriptus ſequentia continet *Joh. Wicleſi* Opera: I. praecedente Capp. Conſpectu Tractatum *de Simonia,* cujus initium: *Poſt generalem ſermonem de hereſi reſtat de eius partibus pertractandum* &c. Ut

93a